

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 23 : De Paride

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[80\] : De Paride](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 23 : De Paride](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 24 : De Pâris](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 23 : De Paris](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 23 : De Paride, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/895>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 198v°-200v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pâris](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiaz

De Paride.

Cap. XXIII.

Non imperitè sanè neq; inutiliter, sed ad demonstrandam humanæ vix
lenitatem, illa quæ de Paride Priami & Hecubæ filio tradita sunt, quod
Palladem, & Venerem, & Iunonem de forma contendentes, iudicauit,
memoriz prodixa sunt ab antiquis. atque ut rem aliud repetam, dicunt pre-
gnantem Hecubam somniale se facem ardentis ignis, quæ uniuersam Aham
inflammaret, peperisse: cui ariolos percunctanti responsum fuit, futurum
ut infans, quem in utero gestabat, esset causa excidii lux patris, quam rem

10 ita attigit Ouid. in epistola Helenæ;

Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa consurgit; metuendaq; noctis opacæ
Visa seni Priamo, vatibus ille, refert.
Arsurum Paridis vates canit Ilion igni.

Idcirco cum natus fuisset infans, illum Priamus Archelao exponendum fe-
ris dedit, quem etiam expositum per dies quinq; vix lac suxisse memorant.
at curauit, ut alii tradiderunt, Hecuba ut a pectoribus in Ida monte nutri-
tetur: nec defuerunt qui dixerint ab eodem Archelao illum ut filium fuisse

20 educatum. Hic cum adoleuisset magnam sibi iustitiae & xequitatis gloriam
comparauit: atque cum regia armenta latrones ac piratae al quando furati
fuissent, eaq; abigerent, illos armis infuscatus una cum ceteris regis pectori-
bus armenta recuperavit ex his piratis, unde Alexander dictus fuit, ut ipse de
seipso tellatur in epist. apud Ouid.

Penè puer ex his abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.

Deinde cum in Agonalibus ludis fortissimus apparuisset, que per id tempo-
ris apud Romanum locum agebantur, a Priamo denique cognitus fuit, & in
Regiam receptus. Accidisse vero fabulantur iis temporibus, quibus adhuc

30 puer Paris erat inter pectores, ut Dii omnes conuocati ad nuptias Thetidis
& Pelei accesserint, præter Discordiam, quam nemo inuictarat. Id illa gra-
uiter ferens pomum elegantissimum & pulcherrimum sursum cum inscrip-
tione per hostium immitis pulchritudine accipiat. id suscepit Mercurius ac le-
git, ut tellatur Lucianus in dialogo Panopes & Galat. Tum multis deabus
id petentibus magna discordia & contentio orta est inter tres Deas ceteris
his cedentibus: ac Iupiter iusit ad xequitatum, ut cum habeatur, Paride
iudicium id deferrit. Scriptit Str. lib. 13. in Antandro, cui mons vocatus Ale-
xandria imminet, Deas illas à Paride iuisse iudicatas, cum in Ida monte id
accidisse scribat Ouid. etiam in his;

40 Cum Venus, & Iuno, Pallasiq; in montibus Ida,
Corpora iudicio supposuere meo.

Aiunt hunc ingentibus donis fuisse a Deabus omnibus solicitatus: quippe cu
luno Afis Europeq; imperium illi promitteret, Pallias se omnibus græcis
sapientiorem facturam polliceretur, at Venus mulierum omnium pulcher-
rimam se illi concessuram diceret, si tibi victoriam de forma adiudicassem; quā
rem ita attigit Ouid. in epist. Paridis;

Tanq; vincendi cura est; ingentibus ardent
Iudicium donis solicitare meum.

Regia

Regna Iouis coniux , virtutem filia iactat.

Atq; cetera, que in eadem epist. scribuntur in eam sententiam, multa sunt:
que planius etiam Euripides declaravit ita in Troadibus;

τοῦ παλαιότερον ἀνθρώπων δέ
οὐδὲ τηρεῖντες τάκτας θεούς τινας.
ἔπειτα τοῖς Κρήταις οὐγίωντες Τρούς
τυραννούς θεοὺς ἐργάζομεν οὐρανοῖς.
οὐαὶ δὲ τούτοις θεοῖς θεοφόροις
αἰσχροῖς τοῖς τούτοις θεοῖς θεοφόροις
αἰσχρα.

10

Paridiq; Pallas munus id promiserat
Quod dux Phrygum mox Graeciam subegerit,
Montes at Europę, Afix & Tyrannidem
Iuno spondit si tibi fueret is.
Mirata formam sed Venus meam dare
Promisit illi, si Deas deuincete
Sic iudicata forma.

Accidit serè eodem tempore ut celeberrima esset Helenę forma in vniuersitate Graecia, quæ & opibus & nobilitate generis ceteras omnes mulieres antecellere putabantur. Erat enim Tyndari Oebaliz Regis, & Leda filia, ut putarunt nonnulli; cum alii dixerint Iouem in cygnum conuersum Ledam compressisse, que alterum ouum ex illo concepit, ex quo nati sunt postea Pollux & Helenę; ex altero ouo concepto e Tyndaro nata est Clytemnestra & Castor. Alii non e Leda, sed e Nemeli natam Helenam putarunt, cuius dicunt Ledam faulē nutricem, ac Iouem patrem, ut ait Paus. in Atticis. Qui natam ex Ioue putarunt in cygnum verso, ad sempiternam eius rei memoriam cygnum inter sydera collocatum dixerunt. Cum tantopere igitur forma primita, omnes Graecarum ciuitatum principes eō ad illam in matrimonium expetendam conuenerunt: que quod fuerat ante à Thiseo rapsa, & mox repetebus fratribus restituta, & quod magna inuidia videbatur in eum redundare, qui illam esset habiturus, unusquisque eam sibi contingere sperantes in legem à Tyndaro latam iurarunt se pro viribus defensuros, si quis illam violare, aut legitimo marito rapere conareretur, ut testatur Paus. in Laconicis. Deinde accidit ut Paris cum viginti extremitibus legatus ad repetendam Hesione, quam Telamon occiso patre eius Laomedonte rapuerat, nauigaret: qui a Menelao in hospitium perbenigne acceptus est, cu; Helenę nupse contigerant. Verum cu; re infecta redire oporteret, ille neglecto iure hospitii, & Menelai amicitia dicitur illam meretriculam Helenam cum magna nummorum, regisque supellestilis copia abituisse, ut scripsit autor Cypriorum carminum, & Herodotus in Euterpe. Idem tamen in Clio non ad repetendam Hesione Alexandrum nauigasse inquit, sed exemplis superiorum temporum inuitatum; quod Io Graecis Aegyptii, Graeci Aegyptiis Europam, & Medeam Colchis impune rapuissent, quas repetentibus non reddiderunt, eō consilio ad rapiendam Helenam nauigasse, quod insuit Ouidius in his carminibus;

20

Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit,
Phaidra puppe noua vexit Pegasus Iason,

30

40

Lexa

Mythologiae

Lxsa nec est Colcha thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Thetetus,
Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Nec venio Graias veluti speculator ad vibes;
Oppida sunt regni diuinitora mei.
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro.
Te prius optauit, quam mihi nota fores.

- Sic enim sit plerunque ut impunitas peccatorum sit pro exemplo & incitamento ad cetera flagitia suscipienda. Fama est igitur Paridem cum hac in
- 10 Aegyptum nauigasse, quia timebat ne se Menelaus cum Lacedemoniorum clavis insequeretur: atque cum eō appulisset ad Canopicum Nili hostium templum Mercurius in litora inuenit, in quod si quis seruus cum quibusdam ceremoniis confugisset, a nemine violari fas erat. eo in loco Alexandri sacerdos seruus ad sacerdotes deferentibus grauiiter tulerunt primum iniuriam iniuriz, qua Menelaū afficerat; deinde legatione memphim ad Proteum de illa re missa, iussi sunt serui Alexandrum ut iniqua conatum comprehendere, & ad Proteum adducere. Hunc conuitus insectatus Proteus incolumentem quidem dimisit cum sociis, at vxorem Menelai, & diuinitas apud se retinuit vique ad Menelai aduentum, iusitque intra triduum Alexandru abesse ex vniuerso Aegyptiorum agro. Sunt qui dicant hinc Alexandrum nulla te sibi ablata Troiam confugisse, inter quos fuit Duris Samius: alii cū Idolo helenæ in patriam reuertisse aiunt, ut sensit Euripid. Neque desuerunt sanc, qui Alexandrum statim in patriam rectâ rediisse memorent, legationesque Græcorum ad res reperendas missas neque auditas quidam fuisse à Troianis. Fama est semel tantum in agro Atheniensium Alexandrum cum Helena congressum fuisse, cum tamen Bunicus, & Corinthus, & Aganus, & Idæus nati fuisse dicantur ex Helena & Paride. Et quamvis virgo à Theseo restituta dicatur Helena suis fratribus, non desuerunt qui Hermione eius & Thesei filiam putarint, & ut creditit Duris, Iphigeniam. Huic pietate Nicolstratum nonnulli, & Ephiolam, & Menelam filios tribuerunt. Hic Alexander postea imbellis & pernitosus patris suæ clavis extitit, ut demonstrauit Home lib. 3. Iliad. Hic, ut prædictum fuerat a coniectoribus, vicius Græciæ arma in se, suoque cives concitauit, hic patriam suam, Regnumque potentissimum & antiquissimum Asie propriæ libidinem funditus exerit, hic denique è Lemno insula accitus truncatur: quæ omnia calamitatum genera sibi predicta fuisse à Nereo testatur Horat. lib. 1. Carmi-num. Hoc partim historicè, partim fabulosè narrantur, quæ de Paride memoriz sunt prodita. Hanc fabulam confictam fuisse de generatione rerum naturalium antiqui nonnulli sunt commenti: nam Pelei & Thetidis nuptiæ 40 quid aliud significare possunt, quam ex aquæ terraque mistione adiuuante calore omnia naturalia corpora procreari? Est enim æqua cænum, ac limus, Thetis vero aqua, ut dicetur postea. Ad horum duorum mistionem, tanquam ad nuptias, omnes Dii conuenerunt; quoniam nihil è sola materia sine artifice confici potest. Siue enim mortales brutorum, siue immortales hominum animæ sint corporibus inserendæ, cum imperent omnino etiam in brutis quodammodo corporibus, ex nobiliore quodam loco quam sint ipsa elementa, ipsas ducere par est, siue enim ex aere, siue ex igne, siue è celestibus corporibus anima mortalium deducatur, siue ex his omnibus; siue sit harmonia

monia quædā ex equabilitate temperamentorum, siue his omnibus nobilissimis quiddam, at ignotum, omnino illam à Diis omnibus concedi corporibus dixerunt, & è singulis celestibus virtutibus proprias quasdam vites assumere. Inde dicti sunt omnes Dii ad nuptias Pelei & Theridis conuenisse. Hinc absuit Discordia sola ex omnibus Diis, quia nisi per amicitiam res consenseruari non possunt: quæ etiam quanto magis inter se conueniunt temperamenta, tanto magis vident ac fiorent. Cum vero Discordia, vitiumque naturalium inæqualitas accesserit, tunc non solum temperamentum perire, sed etiam tota compositio labefactatur: ut enim amicitia generationis, ita discordia & litigium principium corruptionis est. Quid alius ad naturam pertinens in his continetur, non video; quare ad mores reliqua pars spectat huiusc fabulæ. Hanc eandem fortunam ciuitates, & imperia, & nationes expiriuntur, quam etiam singula naturalia corpora, quæ per discordiam funditus euertuntur. Est autem inter haec tres Deas semper ferè discordia, & contentio, Palladem, Ianonem, Venetem; quippe cum molestiū appareat ciuitatibus id, quod plerunque accidit; ut imperiti & stulti, peritis & sapientibus dominantur: ut inopes opulentis, inter quos naturalis est propè discordia: ut libidinosi & impuri, viris bonis & temperantibus imperent. nam, ut res omnes haec unius adhuc, ut idem sapiens sit scilicet, & temperans, & opulentus, est una rerum omnium quam difficillima; quod si contigerit, nemo illius imperium feret iniustus. Quod autem facta sunt quæ de iudicio Paridis tradita sunt, vel muliercula illa non credit apud Ovid. quæ ita inquit;

Credere vix quidem celestia numina possum

Arbitrio formam supposuisse tuo.

Vt igitur ad Imperatorias virtutes homines regnatores inflammarent antequam, hanc fabulam confinxerunt; per quam temperantem esse & sapientem & fortunatum illum oportere dixerunt, qui sit exteris hominibus dominatus: quippe cum Paris spreta sapientia ac opibus per lasciviam imperium perdiditerit. Nam cum aliis studio magis oblectentur, illa animi appetitia Paris à quibusdam dicta est. Huic Deus illæ date sunt iudicandi, atque omnes dignæ, quæ vincerent, videbantur; quamvis Iuno regnum, sapientiam Pallas, pulcherrimam mulierem Venus ad promitteret ut victoriam ex eo certamine reportaret. Verum quis sanguinem pro potentia, magistratibus, honoribus & cunctum foedistinum elegerit? aut quis pro sapientia diuinissimo Deorum munere libidinem, nisi impurus, complectatur? aut qui id fecerit, quo pacto non & sceleratus & perniciosus patriæ suæ ciuis alitur? quod hospitium non hic violare poterit? at cui non datum est hoc iudicium? nemo nostrum est per Deos immortales qui Paridem suo iudicio non damnet; nemo propè rursus est, qui tam turpe Paridis iudicium non imitetur. Hac proposita Paridis turpitudine fecerunt antiqui, ut nos ipsos dementiæ condemnaremus: est enim Venus, quam tanti fecit Paris, nihil aliud, quam dementia; ut nomen ipsum significat, sicut tellatur Euripides in Troadibus his verbis;

τὰ μῆρα πολλὰ δέ τε ἀφεῖται οὐρανός.

τοι τύπαν' εἰδὼς ἀπομνήσει τοῦτο.

Vbiq; stulta sunt Venus mortalibus;

Recteq; nomen cepit à dementia.

Praclarè sanè factum est ab ipsa natura, ut breve tempus libidini iniunxerit

nam

Mythologix!

nam si amplius spatium sit voluptribus iniunctum crudelissimos, & maxime omnium belluarum furiosos homines experiremus. Ac de Paride satis, nunc de Actone dicamus.

De Allesne.

Cap. XXIIII.

Neque leue sonus supplicium & conem subiisse memorant, quod nudam Dianam intueri ausus sit, eantum honorem Diis immortalibus deberi significabant. Fuit hic, ut scripsit Zezes hist. 61. chil. 6. Autonoë Cadimi, & Arisë filius: qui cum mirum in modum venatione deleciatur ut pote à Chirone educatus, ut ait Apollodo. lib. 2. fertur super saxo quodam defessus dormire solitus, quod fuit non procul à Megaris Plateam contendere tibus, quod etiam Actonis saxum vocatum fuit. Scripsit Paul. in Egoticis Actonem in fonte illi saxo proximo levigantem Dianam vidisse, quod illa moleste ferens, rabiem canibus Actonis immisit, ut illum laniarent. Eam fabulam multis verbis complexus est Ouid. lib. 3. Metamorph. qui non super saxo illum dormire solitum scribit, sed in spelunca quadam fonti illi propinquus. Illa de causa dictus est fuisse in ceruum conuictus, & à suis canibus in Cithærone laniatus, quod molitos assiduè in feras nutritiebat, ut significavit Euripi. in Bacchis hoc paætio;

Actonem adulescens ager,
In cithærone rualans, & dypat,
Aureas artus aperte i. vesciunt.

Num cernis Actonis improbam necem?
Canes voraces, ille quas nutriterat,
Nam dilaniauete optimum venatibus.

Nomina vero canum, à quibus Acton fuit laniatus, nihil aliud quam vel colores corporum, vel sagacitatem significant, quæ conuenit canibus, hæc autem sunt; Melampus, nigrus habens pedes. Ichnobates, per vestigia sequens. Paphagus, omnia coniedens. Dorceus, perspicax. Oribasius, mōtius gus Nehrophonus, hinnulos occidens. Lælaps, procellus. Theron, serus. Pterelas, alatus. Agre, inquirens. Hylæus, sylvestris. Nape, saltus pererrans. Pœmenis, passorum canis. Harpyia rapax. Ladon, hinnulo similis. Dromas, cursor. Canache, ftemens. Sticta, pista. Tigris, fera. Alce, robusta. Leucon, albus. Aibolus, fuliginosus. Lacon, reboans. Acello, procellosus. Thous, celer. Cypinus, hibidinolus. Lyca, lupina. Haipalus, rapax. Melaneus, niger. Lachne, hirsuta. Labnos, rapidus. Agriodus, arietibus viis aptus. Hylactor, latrator. Nā omnino canes quinquaginta Actonis nonnullis commemorantur. Alii dicunt Actonem cerui pelle à Diana tectum laniatum fuisse à canibus ad eum lacerandum incitatim, ne Semelen uxorem diceret, cuius sententia fuit Steinchoris Himerzus. vel, ut voluit Acuslaus, quia illam comprehesit. Alii Actonem non versum in ceruum, neque cerui pelle tectum fuisse abituantur, sed opinionem canibus immisam, ut feram potarent, quod attigit Ouid. his catinibus;

Tellus & Acton, quandam feræ creditus illis,
Ipse dedit letho cum quibus ante feras.

Neque vero vnu tantum fuit Acton, ut ego quidem renso, sed alter à canibus laniatus; alter à Bacchis disceptus; de quo ita sententia extat enarratoris